

Задания Латинской олимпиады для школьников 2006 года
(Санкт-Петербург, 15-16 апреля)

ЧЕТВЕРТЫЙ УРОВЕНЬ

1. *Перед вами отрывок из “Анналов” Тацита (II, 88) об Арминии – германском вожде, успешно воевавшем против римлян при Августе и Тиберии. Переведите текст.*

...Reperio apud scriptores senatoresque eorundem temporum Adgandestrii, principis Chattorum,¹ lectas in senatu litteras, quibus mortem Arminii promittebat, si patrandae neci venenum mitteretur, responsumque esse non fraude neque occultis, sed palam et armatum populum Romanum hostes suos ulcisci. Qua gloria aequabat se Tiberius priscis imperatoribus, qui venenum in Pyrrhum regem vetuerant prodiderantque. Ceterum Arminius abscedentibus Romanis regnum adfectans libertatem popularium adversam habuit petitusque armis cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit. Septem et triginta annos vitae, duodecim potentiae explevit caniturque adhuc barbaras apud gentes – Graecorum annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur, Romanis haud perinde celebris,² dum vetera extollimus recentium incuriosi.

¹ Хатты – германское племя. ² Это прилагательное может иметь как три, так и два окончания.

2. *В этом отрывке из поэмы Клавдиана (Rapt. Pros. II, praef. 1–8) пропущено имя главного героя (подлежащее первого придаточного предложения). Восстановите это имя и переведите текст. К какому эпизоду из жизни героя относятся эти строки?*

Otia sopitis ageret cum cantibus
Neglectumque diu deposuisset opus,
Lugebant erepta sibi solatia Nymphae,
Quaerebant dulces flumina maesta modos.
Saeva feris natura redit, metuensque leonem
Implorat cytharae vacca tacentis opem.
Illius et duri flevere silentia montes
Silvaeque Bistoniam saepe secuta chelyn.

3. *В некоем предложении все слова поставили в начальную форму, но местами не меняли. Восстановите его и переведите.*

[Для причастий, герундия и герундива начальной формой является 1 лицо соответствующего глагола; для возвратного местоимения – родительный падеж.]

Solo,¹ cum, interrogo, cur, in, lex, condo, nullus, supplicium, constituo, in, is, qui, pater, neco, respondeo, sui, is, nemo, facio, puto.

¹ Имя собственное.

4. *В этом предложении, наоборот, слова стоят в правильных формах, но перемешаны. Расположите их в таком порядке, чтобы получился гекзаметр. Переведите его.*

amico, contulerim, ego, iucundo, nil, sanus.

5 (задание выполняется без словаря). *Ниже приведен ряд латинских существительных-композигов – часть из них вам наверняка известна, а большинство других скорее всего нет. Разделите их на две группы, объяснив принцип деления. Исходя из значения корней и суффиксов, попробуйте предположить, как переводится каждое из этих слов.*

agricola, agricultura, aquaeductus, aquifuga, iurisdictio, legirupa, legislator, manumissio, regifugium, sororicida, tubicen.